Universitätsbibliothek Paderborn

Directorivm Inqvisitorvm F. Nicolai Eymerici Ordinis Prædicatorum

Nicolaus <Eymericus>

Venetiis, 1607

c. 12. Vt commissi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13589

Visual Library

pediendo officio Inqdiſitorum. dat enim eis poteſta A
tem committendi citationes, & ſententiarum denũ
tiationes: dat poteſtatem vocandi peritos, clerum,
& populum, vt eis aſſiſtant. dat poteſtatem proce-
dendi contra illos, qui de ſua in aliam prouinciam
ſe tranſtulerunt. dat poteſtatem repetendi libros,
& proceſſus, commutandi, & mitigandi pœnas, pri
uandi, & priuatos nuntiandi, officijs, & honoribus
hereticos, fautores, & defenſores eorum: ita tamen
quod hoc fiat de diœceſanorum vel in eorum abſen-
tia vicariorum ſuorum conſilio, niſi ijdem ſcienter
talibus beneficia contuliſſent. hoc dicit. Ioan. And.

C A P. XII. B

Editum circa an. Domini 1296.

VT commiſſi vobis officij debitum
vtilius, & vberius exequamini, ſan
ctæ memoriæ Inno. Alexan. & Cle
mentis prædeceſſorum noſtrorum
veſtigijs inherẽtes, vobis & veſtrũ
† Vide Eym. 3. p. q. 15. — ſingulis committendi † citationes, & denuntia-
tiones ſententiarum, quas in quoslibet hæreticos
credẽtes, receptatores, defenſores, & fautores eo
† Eymer. 3. par. q. 77. — rum tuleritis. Aduocandi † quoque, prout expe-
dierit, peritos quoslibet, vt vobis aſſiſtãt. & in hu
iuſmodi ferendis ſententijs præbeant conſilium
opportunum, ac eis, quòd ſuper his vobis humi- C
liter pareant in virtute obedientiæ iniungendi:
† Eym. 3. p. in forma monendi populũ de ſermone fidei habendo. — Conuocandi † etiam clerum, & populum ciuita
tum, caſtrorum, aliorumq; locorum (prout dicto
negotio fidei uideritis expedire.) Et cõtra illos, †
quos in prouincia, in qua uobis Inquiſitionis of-
† Eym. 3. p. in q. 42. — ficium eſt commiſſum, hereſis crimen conſtite-
rit commiſiſſe (licet ad alias partes ſe transferen
dos duxerint) procedendi, necnon faciendi a qui
buslibet aſſignari vobis libros ſeu quaternos, &
alia ſcripta, in quibus Inquiſitiones factę ac pro
ceſſus per quoſcunque auctoritate Sedis Apoſto
licæ vel legatorum eis habiti contra hereticos cõ
tinentur, & illorum qui veſtris mandatis obediẽ D
tes, humiliter ſtant propter hæreſim in carcere,
vel muro recluſi pęnam vnà cum prælatis, quo-
rum iuriſdictioni ſubſunt, mitigandi, vel mutan
† Eym. 3. p. q. 113. & ibi dixi copioſe. — di, cum videritis expedire: Priuãdi † pręterea vel
priuatos nuntiandi dignitatib. ac alijs beneficiis
Eccleſiaſticis de diœceſanorum, vel eis abſentib.
vicariorum ſuorum conſilio, & officijs publicis
ac honoribus quibuſcunque eoſdem hæreticos,
credentes receptatores, & defenſores ipſorum, eo
rumq; filios, & nepotes plenam concedimus fa-
cultatem. Sunt autẽ diœceſani in priuando tales,
vel nuntiando priuatos beneficij huiuſmodi re-
quirendi: Niſi fortè conſtaret legitimè, quod iidẽ
ſcienter huiuſmodi perſonis eadem beneficia cõ E
tuliſſent: tunc enim eos in his requirendos non
eſſe cenſemus, ſed potius a ſuo iudice puniẽdos.

Idem.

Chriſtiani ad Iudaiſmum tranſeuntes, et redeun
tes hæretici reputantur. hoc dicit, ſecundum Zenz.

C A P. XIII.

CONTRA a Chriſtianos, qui ad ri-
tum tranſierint, vel redierint Iudęo
rum (etiam ſi huiuſmodi redeuntes
dum erãt infantes, aut mortis metu,
non tamen abſolutè, aut præcisè coacti baptizati
fuerint) erit tanquam contra hęreticos, ſi fuerint
de hoc confeſſi, aut per Chriſtianos ſeu Iudæos
cõuicti: Et ſicut cõtra fautores, & receptatores,
& defenſores hęreticorum, ſic contra fautores,
receptatores, & defenſores talium eſt proce-
B dendum.

C O M M E N T. XIII.

a *DE materia huius c. præter Ancharanum, Ge*
minianum, & alios interpretes hic, vidẽdus
eſt Eymericus p. 2. q. 44. & quos refero ſuper eadẽ
quęſtione: Nunc omiſſis cæteris de quibus ſuis locis
commodius diſſeram, ſolum hic oſtendam occaſionẽ
illorum uerborum, ſeu Iudęos conuicti, *quando Iu-*
dæi admittantur ad teſtificandũ cõtra Chriſtianos,
nam de alijs in fidelibus quid ſit ſentiendum, agam
cum Eymerico. 3. p. q. 68. & ſeq. In primis explora
C *ti iuris eſt, infideles quicunque illi fuerint a teſtimo*
nio dicendo contra Chriſtianos repelli. auth. credẽ
tes. C. de hæret. c. 1. de teſtib. c. ſi hæreticus c. nõ po
teſt. 2. q. 7. c. ipſa pietas. 23. q. 4. & tradunt cõmuni
ter Doctores. in c. 1. extra de hæret. quoniam, vt in
d. c. non põt. ſcriptum eſt: Non poteſt erga homi-
nes eſſe fidelis, qui Deo extitit infidelis.

Cæterũ in crimine hæreſis in uniuerſum infideles
quicunque, & etiã Iudęi aduerſus Chriſtianos teſti
monium dicunt, ut apertiſsimè docet hoc reſpõſum,
vbi gl. in verbo, Iudæos, & ibidẽ Geminianus, Frã
cus, et cæteri communiter. gl. in c. 1. de teſtib. uerbo
fideles, vbi Doct. communiter, Palacius Rubius in
D *allegat. de hæreſi. §. vltimo. Gondiſſaluus de hære. q.*
13. nu. 10. Ioannes Roias ſing. 190. & copioſè Fe
lyn. in c. Iudæi. de teſtib. optimè Hieronymus Gi-
gas tracta. de cri. leſę maieſt. lib. 2. tit. quomodo et
per quos probetur. quęſt. 10. & potiſsma ratio eſt,
ne ex defectu probationum tam graue ſcelus impuni
tum remaneat. l. quoniam. in fi. C. de hære. c. dilecto,
& cap. ſignificauit. de teſtibus.

Neque hoc ſolum habet locum, quoties ageretur
de conuincendo Chriſtiano apoſtata, qui prius fuit
Iudæus, & poſtea reiudaizauit, vt probat textus in
d. capit. contra Chriſtianos, ſed etiam cum ageretur
de conuincendo Chriſtiano non apoſtatãte, ſeu totã
religionem Chriſtianam deſerente, ſed in vno vel
E *altero tantum articulo delinquente: idque ob ean-*
dem rationem, ne videlicet Crimẽ hoc remaneat im
punitum: rurſus etiam in fidei fauorem. argumento
capit. in fidei fauorem. de hæret. libro ſexto, quo-
niam ſi hæretici aduerſus hæreticos admittuntur,
optimè docet Eymericus, 3. p. q. 69. iure optimo etiã
Iudęi admitti debẽt, cum commoda ratio diuerſita-
tis aſſignari non poſſit, & maior probibitio in hæ-
retico, quam in Iudæo eſſe videatur ſecundum glo.
in cap. pagani. 2. q. 7.

Ad hæc,